

*Certitudinē* fuerit, quatenus è probabilibus principiis, è quibus tanquã causis laxioribus contingenter fluit saltem opinabiliter cognoscibilis est, ut cognoscatur, bonum illud est, quò tanquam fine contentus acquiescit Dialecticus; ita certitudo rerum necessaria, quatenus è certis principiis, è quibus tanquam causis urgentibus necessariò fluit, indubitato cognosci potest, ut cognoscatur, est bonum illud quod pro fine sibi ponit Analyticus, quodque ut formam postea induunt res aliundè cognoscibiles, quarum certitudo cognitã demonstratione redditur etiam indubitato cognita, juxta ritum illud: *Finis artis est forma subjecti.*

*Ex causis  
indubitato  
cognitam*

§. 13. Certitudinem autem dico necessariam, non primam, quæ principiorum est, & per se cognoscitur h. e. intelligitur; sed ortam, quæ principiatorum est, & aliundè, mediantibus nempe certis principiis, ex demonstratione cognoscitur h. e. scitur.

*Quã per se  
sus intelle-  
ctus*

§. 14. Ut autem ipsa probabilis argumentatio est quasi quædam probabilificatio, quã mens de propositã rerum habitudine per causam contingentem, esto magis huc propendentem, opinionem sortitur, ut rationabiliter putet, rem ita se habere, sed eam tamen, stante licet hãc causã, nihilominus aliter se habere posse videat, nisi aliud quippiam sit in natura positum, quod huic essendi necessitatem largiatur, relicta adhuc indeterminata & mobilis i. Post. xxx. (al. xxvi): ita è contrariò ipsa demonstratio est certificatio, quã mens de propositã rerum habitudine per causam necessariam & huc semper directam, certa redditur, ad eò ut sciat non tantum rem ita sese habere, sed & aliter se per naturam habere nequaquam posse, facta jam *ἀμετάπτωτος καὶ ἀκίνητος.*

*Scientiam  
tenet*

§. 15. Unde *Scire* propriè dicitur rem per causam cognoscere, & quod hæc ejus rei causa sit, & quod se res aliter habere non possit, Arist. i. Post. 2. Quæ quidem cognitio, non putaminum, h. e. definitionum & vocabulorum, sed ipsius nucleï h. e. ipsarum rerum & naturæ decretorum cum mentis immobilitate & acquiescentiã conjuncta, quantum bonum sit, uti